



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 7. Quædam thesis de Episcoporum potestate Parisiis suppressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVIII.  
A.C. 1713.

§. VII.

*Quædam Thesis de Episcoporum po-  
testate Parisiis suppressa.*

Dorsan.  
Journal  
t. I. p. 46.

Vid. supra  
l. 213. §. 74.  
p. 259. 267.  
& 365.  
tom. 67.

Eo tempore, quo quidam Francie  
Præsules Pontificis Constitutiones  
in Galliis recipi, & Quesnelli reflexio-  
nes fidelium manibus, cordibusque  
ripi, toto studio adlaborabant, ex Sor-  
bonæ Doctoribus non deerant alii, qui  
toti in eo essent. ut saltem censore  
fulmen, quod haud amplius declinare  
poterant, non e Vaticano cælo, sed  
Gallico Jove vibratum crederetur, proin  
Pontificiæ infallibilitatis in Galliis re-  
cognitæ novum non extaret exemplum:  
Horum impulsu quidam ad primum  
Doctoratus gradum admissus, hoc an-  
no publicis typis vulgavit Thesin, in  
qua propugnabat, Pontificias Con-  
stitutiones per *judicij viam* acceptandi  
jus, Episcopis competere. Hæc do-  
ctrina jam superioribus annis in Clei-  
Gallicani comitiis proponebatur, quam  
tamen Præsules nonnihil temperabant,  
asserentes, se quidem nonnisi simplices  
Pontificiarum Constitutionum executores,  
vere tamen unacum Papa judicare. Hæc  
vero declaratio minime satisfecit Pon-  
tifici, qui desuper apud Franciæ Re-  
gem graviter questus est: cum autem

in præsenti rerum vicissitudine Ludo- Sæc. XVIII.  
vicus Franciæ Rex summum Pontifi- A.C. 1713.  
cem, qui suam Constitutiouem sine  
discussione acceptari sperabat, offendere vereretur, non pauci Præfules de  
Regis patrocinio tuti contra hanc Thesis ac doctrinam insurrexere, præcipue  
vero Cardinalis Rohanii inconsulto  
Noaillio, etsi hic esset Sorbonæ Pro-  
tector, Regem adiit, ac vehementius  
contra hanc propositionem declamans  
obtinuit, ut Regis jussu atque edicto  
hæc Thesis supprimeretur.

### §. VIII.

#### *Schismatis ejuratio ab Alexandrino Patriarcha Romæ facta.*

Jam anno hujus saeculi tertio Joannes Patriarcha Alexandrinus, Abraha- *Vid. supra*  
*l. 213. p. 132.*  
mo de Anna Romam ablegato, sum- *Orat. Con-*  
no Pontifici significabat, sibi firmum *sift. Clem.*  
fixumque esse, ad Romanæ Ecclesiæ *XI. p. 86.*  
unitatem disrupto schismate reverti: *Epiſt. ejusd.*  
*pag. 86.*

Hoc autem morte prævento, ejus Successor Gerasimus Pallada schisma quidem detestatus, veram tamē doctrinam palam profiteri, afflictionum metu absterrebatur: Successerat eidem Cosmas Episcopus Constantinopoli degens, cum autem hic Turcarum potentia & numerata pecunia hanc Sedem Pa-

Kk 4

triar-

